Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

vos descendat Quomodo R Recordare domine testamenti tui et dic angelo percucienti cesset iam manus tua ut non desoletur terra et ne perdas omnem animam vivam V Quiescat domine ira tua a populo tuo et a civitate sancta tua ut non R Factum est ut tolleret dominus heliam per turbinem in celum heliseus clamabat dicens Pater mi pater mi currus israel et auriga eius V Oro domine ut fiat spiritus tuus in me duplex at ille si videris quando tollar a te erit quod petisti Pater mi pater mi dominica die V ante laudes Excelsus super omnes gentes dominus Et super celos gloria Item ad laudes antiphona usque ad adventum domini dominicis diebus Indutus est dominus fortitudinem et precinxit se virtute alleluia alleluia alleluia ps Dominus regnavit decorem an Gloria et honor laus et benedictio sedenti super thronum viventi in secula seculorum ps Iubilate deo an Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri ps Deus deus an Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio honor virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen ps Benedicite an Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens qui erat et qui est et qui venturus est ps Laudate dominum versiculus in laudibus In matutinis domine meditabor in te Quia fuisti adiutor meus Ad primam antiphona et cetera omnia per totum de dominica Item sancte vespere de dominica habentur Item Completorium de corpore christi habetur Item sequitur nunc Evangelicales antiphone de hystoria.

Cognovent omnis a dan usque bersabee quod fidelis samuel propheta esset domini an Loquere domine quia audit servus tuus an Obsecro domine auffer iniquitatem servi tui quia insipienter egi an Prevaluit david in philisteo in funda et lapide in nomine domini an Nonne iste est david de quo canebant in choro dicentes saul percussit mille et david decem milia in milibus suis an Quis enim in omnibus sicut david fidelis inventus est in regno suo egrediens et regrediens et pergens ad imperium regis an Iratus rex saul dixit mihi dederunt mille et filio ysaie dederunt decem milia an Rex autem david cooperto capite incedens lugebat filium dicens absolon fili mi fili mi absolon quis mihi det ut ego moriar pro te fili mi absolon an Dixitque david ad dominum cum vidisset angelum cedentem populum ego sum qui peccavi ego inique egi isti qui oves sunt quid fecerunt an Unxerunt salomonem sadoch sacerdos et nathan propheta regem in geon et ambulantes leti dixerunt vivat rex in eternum